

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII](#)[item Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 02 : De Aurora](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 02 : De Aurora

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[63\] : De Aurora](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 02 : De Aurora](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 03 : De l'Aurore](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 02 : De l'Aurore](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 557-560

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Aurore](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

superarit, non amplius est generationis, sed corruptionis auctor. Succus autem qui vel è corporibus animalium, vel ex arboribus extremus effluit, propter vim intimam expellentem crassior est, quare electrum ex illis arboribus tum primum lactymantibus effluxisse dicunt. Fuerunt qui hæc ad historiam potius detorqueant: nam omnes fabulæ habent aliquam historiz partem tanquam fundamentum. Scribit Zetes histor. 117. Phaethontem filium fuisse cuiusdam Regis, qui cum curram agitare ad ripas Padi Celtae fluvij, in flumen delapsus interierit, quem tanto cum animi mœtore luxerunt forores, ut stupidæ factæ sint, quare dictæ sunt in arbores commutate. Nam Plutarchus in Pyrho post diluivium primum Thesprotonum & Molossorum Regem Phaethontem fuisse scribit. quem Lucianus in dialogo de Astrologia Solis idcirco filium, curramq; accepisse credidit, quia Solis cursum primus deprehenderit. Fuerunt qui Phaethontis fabulam inde detortam esse dicant, quòd vastus cometa solaris natura in nonnullis locis tandem dissolutus intolerabiles æstus effecerit. Est enim ea cometarum natura, siue sit vapor circa sidera collectus, siue per se prolongus existat, qui paulatim exurit, siue alia quavis de causa onatur, ut siccitas, & æstus, & aquarum penuria consequatur, quia propensiores sunt ad inflammationes aeris vapores, quam ad pluviam. Quod attinet ad motes, deprimere nonnullorum arrogantiam per hæc voluerunt. qui nihil sibi non tribuant, nihilque se nescire propter nobilitatem arbitrantur: quæ arrogantia homines plerumque trahit in magnas calamitates. At nunc de Aurora dicamus.

De Aurora.

CAP. II.

AURORAM filiam fuisse Hyperionis ac Thiaz, Solisque & Lunæ sororem, declaravit Hesiodus in Theogonia his carminibus:

Θεία δ' ἠελίου τε μέγαν, λαμπρὰν τε τιλήϊον,
 ἠὲ δ' ἠ' πάντας ἐπιχθονίαισι φάει,
 ἀπ' ἀπείρου τε θιοῖτ', τοὶ οὐρανὸν ἰούρῳ ἔχουσι,
 γαῖαν δ' ὑποδμηθεῖσ' ἔπιριοντι ἐν φιλόγατι.
*Thia parit Solem magnam, Lunamque nitentem,
 Auroram, qua fert lucem mortalibus aliam,*

*Celicoluque Deus cunctis; Hyperionis almi
Semine concepit namque illas Thia decora.*

Alij Titanis & Terræ filiam esse Auroram crediderunt. Hanc Solis præviam, sicut Auroræ prævium luciferum, dixerunt antiqui: quippe cum Solem cito oriturum nuntiet mortalibus, ut ait Orpheus in hymno in Auroram:

ἀγλαίφα θοῦ τεταῖτος ἀγνὸν μετ' ἄλοιο.

Nuntia Titanis celeris, lateque nistentis.

Huic digitos roseos tribuit Homerus propter colorem rubicundam, aut subrubentem, quam in aurea sede vehi dixit hymno in Venerem:

*ὡς δ' αὖ Τιβωνὸν χρυσοῦροτος ἤρπασεν ἠὲ
ὕμπερθε γαίης ἐπιπέκλων ἀθαιάτοισιν.*

Ut vestra de gente parem Diti, aurea sedes

Quam debet, arripuit Tithonum Aurora matritum.

Fabulati sunt enim poetz Auroram in curru à quadrigis rubentibus vehi solitam, ut testatur Virg. lib. 6.

*Hac vice sermonum roseum Aurora quadrigis
Iam medium aethere curru traiecerat axem.*

Cui tamen bigas attribuit alibi, ut est in his:

Aurora in roseum fulgebat lutea biga.

Theocritus autem non roseos, sed albos equos Auroræ appellant in Hyla hoc pacto:

ὄσ' ὄκχ' ἀλευκίππος ἀνατρέχῃς διὸς Ἀΐω.

Nec pullis Aurora domum Iovis ut petit albis.

Scriptum tamen reliquit Lycophron in Alexandra Auroram à Pegaso equo vehi solitam, ut est in his:

*ἠὲ μὲν αἰπὴν ἀρτιφονίαν πάγον
κραιπνοῖς ὑπὲρ πύργων πηγᾶσεν ἠερίαις,
Τιβωνὸν ἐν κοίτῃσι τῆς κίρηνος πίλας.*

Aurora montem Phagium aduolauerat,

Velocis altum nuper alia Pegasi,

Cernam prope Tithonum in thoro reliquerat.

Hanc ex Oceano, tanquam Solem & reliqua astra, surgere scripsit Homerus in hymno in Mercurium hoc pacto:

*ἠὲ δ' ἠὲ ἠεργίε φάωσ' ἐν πύλαισι φέρονσα
ἄρηντ' ἄπ' ἑκαστοῖς βαθυρρόν.*

Hinc Aurora tulit lucem mortalibus aliam

Fluctibus

Fluctibus Oceani surgens satamane profundis.

Memoriae prodidit Pausan. in Laconicis Auroram forma Cephalis captam pulcherrimi iuuenis illum ad se rapuisse. Rapuit Orionem praeterea, ut scripsit Hom. lib. 5. Odyss.

ὡς μὲν ὅτ' ἠ' ῥίον' ἔλατο ῥοδὸδ' ἀκτύλος ἠ' ὤς.

Sic ubi ab Aurora tota est correptus Orion.

Quae Tithonum etiam maritum sibi rapuit, quem in Delum abrottavit, cumq; dormientem in thoro confurgens relinquebat cum Memnone filio, ut inquit Virgilius lib. 4. Aeneid.

Et iam prima nono spargebat lumine terras

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Hanc ex Astraeo praeterea scripsit ita Apollodorus libro primo Biblioth. ventos & astra reperisse: *ἠ' καὶ δὲ καὶ ἀστράων ἀνέμοι καὶ ἄστρα: Ex Aurora & Astraeo venti & astra.* Nam cum Astraeo congressa, fratre Thiaz & Hyperionis filio, Argestem, Zephyrum, Boreamque peperit & Notum, ut in Theogon. ait Heliod.

ἀστράων δ' ἠ' ὡς ἀνέμοι τέκε κερταροθύμκε,

ἀργίστω, ζέφυρον, βορέϊω τ' αἰφροκίλευθον,

καὶ νότον, ἰν φιλότῃσι θεῶσιν ἐκείσιν.

Astraeo peperit ventos Aurora tuaracet,

Argestem, Zephyrum, & Boream glacialibus alis,

Atq; Notum, coniuncta Deo Dea candida lecto.

Hanc iucundissimam & suavisissimam non hominibus solum, sed omnibus animalibus, & hominibus & plantis contingere, scripsit Orph. in hymno in Auroram his verbis:

ἢ χαίρει θνητῶν μερόπων γένος' ἔδ' ἔτις ἐστίν

ἔς φιν γὰρ πῶς ἐλὼ ἔπει κροθπίρλερον ἄσπε,

ἢ πῶς τὴν γλυκὴν ὕπνον ἀπὸ βλιφάρων ἀποσείσῃς

πᾶσι δὲ βροτοῖς γῆσι, πᾶν ἱερπετόν, ἀλλὰ τὰ φύλα

πτηρὰ πτόων, πῆλυων τε, καὶ ἑταλῶν πελοπεδῶν.

Quae gaudet mortale genus, sit are nec ullus

Conspeltum vult dimittum, cum fluctibus exis,

Excitae & sompnum cilijs: latantur ubiq;

Serpentumq; hominumq; genus, volucresq; feraq;

Quaeq; colunt altis sumptosi marmoris undas.

¶ Haec illa sunt quae de Aurora fabulose prodita sunt ab antiquis. Hanc Thiaz & Hyperionis filia arbitrati sunt illa de causa, quia diuina bonitate ita statuente lux è Sole ad mortales

manet. quid enim cōmodi habemus, quod hominibus à Deo non sit? Hanc alij Terræ filiam & Titanis, alij nuntiam Titanis vocarunt, & ex Oceano emergere crediderunt: quia nauigantibus ex vnda, aut in planitie existentibus è terra exire appareat, & è luce Solis, quem antecedit. Nam oculorum acies ad certum interuallum pro facultate naturali locorum distantiam metiri potest, at hallucinatur p̄terea ob imbecillitatem & ob molem aeris inter aciem & distantia corpora interiecta, quæ spectantur. quare si quid longinquum metiri velimus, adhibenda sunt optice instrumenta, aut aliqua oculorum aciem adiuuantia & coarctantia. Efficit igitur turbidi aeris natura, & surgentium assidue vaporum, vt candida lux Solis his interiectis, cum tenuis illa adhuc sit, rubicunda & rosea Aurora videatur: quare roseū colorem, & roseos digitos, & auream sedem, & rubentes equos illi attribuerunt, qui ijdem sunt & Solis. Propter celeritatem motus illi curtus concessus est. Hanc niveos equos habere alij dixerunt, non ad surgentes vapores, sed ad ipsius lucis naturam intuentes. ac nunc dicatur de Memnone.

De Memnone.

CAP. III.

MEMNON fuit Aurore Tithonique filius, qui habuit fratrem ex iisdem parentibus Emathionem, vt inquit Apollodorus libro tertio, & Hesiodus in Theogonia:

Τιθωνῶ δ' ἠὲς Τίτι μίμνονα χαλμοποροῦσιν,
 Αἰθίοπων βασιλῆα, καὶ Ἡμαθίωνα ἀνακτα.
*Asi Aurora parit Tithono Memnona fortem,
 Aethiopum Regem, Regem simul Emathionem.*

Hunc natū esse Thebis testatur Dionysius in situ orbis in his:

ἡμῖν ὅσοι Θῆβων ἐρικυδέα γαῖστ' ἄχοι,
 Θῆβων ἢ γυγίλων ἑκατόμυλον, ἴβ' ἀγαγεῖσθε
 Μίμνον ἀπὲρ Διὸς ἰλὺ ἀπ' ἄρ' ἴππ' ἠΐ.
*Nam quis cunq; colunt Thebas ἔμπνια clara,
 Thebas Ogygias hecatompylas: hic vbi Memnon
 Surgentem caput Auroream complexibus arctat.*

Strabo lib. 11. Cissiam matrem Memnonis vocatam fuisse scribit. Hunc Æthiopum fuisse Regem, & ex Æthiopia ad bellum Troianum, vel potius è Suis Persarū ciuitate venisse, ait Paus. in Phocesium rebus. nam omnes illas nationes Memnon ante bellum Troianum debellauerat, quæ mediæ fuerunt vsque ad flumem